

120  
b. 97. 20  
1. 19.  
dane m.  
ceprio  
ut m.  
Me. P. dō Cō  
ung. sign. bī bī halou.

Wata r. wīde faulteo

et stori. et di hāb. gōtis.

2. 20. 21.  
22. 23.  
24. 25.  
26. 27.  
28. 29.  
30. 31.  
32. 33.  
34. 35.  
36. 37.  
38. 39.  
40. 41.  
42. 43.  
44. 45.  
46. 47.  
48. 49.  
50. 51.  
52. 53.  
54. 55.  
56. 57.  
58. 59.  
59. 60.  
61. 62.  
63. 64.  
65. 66.  
67. 68.  
68. 69.  
69. 70.  
70. 71.  
71. 72.  
72. 73.  
73. 74.  
74. 75.  
75. 76.  
76. 77.  
77. 78.  
78. 79.  
79. 80.  
80. 81.  
81. 82.  
82. 83.  
83. 84.  
84. 85.  
85. 86.  
86. 87.  
87. 88.  
88. 89.  
89. 90.  
90. 91.  
91. 92.  
92. 93.  
93. 94.  
94. 95.  
95. 96.  
96. 97.  
97. 98.  
98. 99.  
99. 100.

4. 20. 21.  
4. 22. 23.  
4. 24. 25.  
4. 26. 27.  
4. 28. 29.  
4. 30. 31.  
4. 32. 33.  
4. 34. 35.  
4. 36. 37.  
4. 38. 39.  
4. 40. 41.  
4. 42. 43.  
4. 44. 45.  
4. 46. 47.  
4. 48. 49.  
4. 50. 51.  
4. 52. 53.  
4. 54. 55.  
4. 56. 57.  
4. 58. 59.  
4. 60. 61.  
4. 62. 63.  
4. 64. 65.  
4. 66. 67.  
4. 68. 69.  
4. 70. 71.  
4. 72. 73.  
4. 74. 75.  
4. 76. 77.  
4. 78. 79.  
4. 80. 81.  
4. 82. 83.  
4. 84. 85.  
4. 86. 87.  
4. 88. 89.  
4. 90. 91.  
4. 92. 93.  
4. 94. 95.  
4. 96. 97.  
4. 98. 99.  
4. 99. 100.

1. 20. 21.  
1. 22. 23.  
1. 24. 25.  
1. 26. 27.  
1. 28. 29.  
1. 30. 31.  
1. 32. 33.  
1. 34. 35.  
1. 36. 37.  
1. 38. 39.  
1. 40. 41.  
1. 42. 43.  
1. 44. 45.  
1. 46. 47.  
1. 48. 49.  
1. 50. 51.  
1. 52. 53.  
1. 54. 55.  
1. 56. 57.  
1. 58. 59.  
1. 60. 61.  
1. 62. 63.  
1. 64. 65.  
1. 66. 67.  
1. 68. 69.  
1. 70. 71.  
1. 72. 73.  
1. 74. 75.  
1. 76. 77.  
1. 78. 79.  
1. 80. 81.  
1. 82. 83.  
1. 84. 85.  
1. 86. 87.  
1. 88. 89.  
1. 90. 91.  
1. 92. 93.  
1. 94. 95.  
1. 96. 97.  
1. 98. 99.  
1. 99. 100.

1. 20. 21.  
1. 22. 23.  
1. 24. 25.  
1. 26. 27.  
1. 28. 29.  
1. 30. 31.  
1. 32. 33.  
1. 34. 35.  
1. 36. 37.  
1. 38. 39.  
1. 40. 41.  
1. 42. 43.  
1. 44. 45.  
1. 46. 47.  
1. 48. 49.  
1. 50. 51.  
1. 52. 53.  
1. 54. 55.  
1. 56. 57.  
1. 58. 59.  
1. 60. 61.  
1. 62. 63.  
1. 64. 65.  
1. 66. 67.  
1. 68. 69.  
1. 70. 71.  
1. 72. 73.  
1. 74. 75.  
1. 76. 77.  
1. 78. 79.  
1. 80. 81.  
1. 82. 83.  
1. 84. 85.  
1. 86. 87.  
1. 88. 89.  
1. 90. 91.  
1. 92. 93.  
1. 94. 95.  
1. 96. 97.  
1. 98. 99.  
1. 99. 100.

1. 20. 21.  
1. 22. 23.  
1. 24. 25.  
1. 26. 27.  
1. 28. 29.  
1. 30. 31.  
1. 32. 33.  
1. 34. 35.  
1. 36. 37.  
1. 38. 39.  
1. 40. 41.  
1. 42. 43.  
1. 44. 45.  
1. 46. 47.  
1. 48. 49.  
1. 50. 51.  
1. 52. 53.  
1. 54. 55.  
1. 56. 57.  
1. 58. 59.  
1. 60. 61.  
1. 62. 63.  
1. 64. 65.  
1. 66. 67.  
1. 68. 69.  
1. 70. 71.  
1. 72. 73.  
1. 74. 75.  
1. 76. 77.  
1. 78. 79.  
1. 80. 81.  
1. 82. 83.  
1. 84. 85.  
1. 86. 87.  
1. 88. 89.  
1. 90. 91.  
1. 92. 93.  
1. 94. 95.  
1. 96. 97.  
1. 98. 99.  
1. 99. 100.

1. 20. 21.  
1. 22. 23.  
1. 24. 25.  
1. 26. 27.  
1. 28. 29.  
1. 30. 31.  
1. 32. 33.  
1. 34. 35.  
1. 36. 37.  
1. 38. 39.  
1. 40. 41.  
1. 42. 43.  
1. 44. 45.  
1. 46. 47.  
1. 48. 49.  
1. 50. 51.  
1. 52. 53.  
1. 54. 55.  
1. 56. 57.  
1. 58. 59.  
1. 60. 61.  
1. 62. 63.  
1. 64. 65.  
1. 66. 67.  
1. 68. 69.  
1. 70. 71.  
1. 72. 73.  
1. 74. 75.  
1. 76. 77.  
1. 78. 79.  
1. 80. 81.  
1. 82. 83.  
1. 84. 85.  
1. 86. 87.  
1. 88. 89.  
1. 90. 91.  
1. 92. 93.  
1. 94. 95.  
1. 96. 97.  
1. 98. 99.  
1. 99. 100.

TONUS XXXXIV.  
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VIITEBERG.  
**VI-45.** —

SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

THESES THEOLOGICÆ,

DE RECTA  
INTEGRA QVE EC-  
CLESIARVM R E-  
FORMATI ONE:

*Propositæ ad publicam disputationem*  
à

DANIELE TOSSANO, S. Theologiæ D. &  
Professore in inclyta Academia  
HEIDELBERGENSI,

Respondente erudito iuuene, IOHANNE MASCO,  
Silesio, Theologiæ studioso.

In auditorio Theologico, horis matutinis  
ad diem Septemb. 3.

---

HEIDELBERGÆ,  
TYPIS SMESMANNIANIS.  
cī 1597.



2  
2  
GENEROSISSIMAE INDOLIS,  
INCLYTÆ QVE EXPECTATIONIS  
ADOLESCENTI, D. STEPHANO TEOKEOLIO,  
Vngaro, generosi & magnifici viri, D. SEBASTIA-  
NI TEOKEOLII, liberi Baronis in Kaismark filio.



COMMENDAVIT te nobis diligenter, gene-  
rose D. Baro, reuerendus, pius & doctus vir,  
D. Sebastianus Ambrosius, Kaismariensis Ec-  
clesiastes, frater noster in Christo coniunctissi-  
mus. Sed te multò magis commendant mores  
graui verecundia temperati, egregia literatura, & singularis  
Phiλομάθειa, præsertim circa doctrinam cœlestem, cuius ita es-  
cupidus, ut attentum te hic, & assiduum habeamus tum con-  
cionum sacrarum, tum lectionum Theologicarum auditorem.  
Benedicat indies Generositati vestrae IEHOVA, & te velit  
aliquando esse patriæ ab immanibus Turcis vexatae decus &  
columen. Volui autem has Theses nostras de Ecclesiarum re-  
formatione T. Gen. inscribere, non solum ut illam tuam in-  
dolem prædicarem, id est, veritati testimonium redderem: ve-  
rumentiam quia memini magnum illum Theologum, Marti-  
num Bucerum lib. i. de Regno Christi, Vngaricas Ecclesias hoc  
nomine laudare, quod præ multis aliis sanctæ & plenæ refor-  
mationi studeant: quarum exemplum alias quoq; gentes imi-  
taricupiat. Vale & Salve generose D. Baro, 17. Augusti, 1597.

T. Gen.

obseruantiss.

DANIEL TOSSANVS.





THESES

D E R E C T A  
I N T E G R A Q V E  
E C C L E S I A R V M  
reformatione.

*Thesis I.*

**A**NTA est humanæ naturæ ad vitium, & nominatim ad idolatriam pronitas, & tam difficilis in hoc corrupto seculo, custodia integritatis & veritatis, ut facile in cœtum ipsum filiorum Dei, siue Ecclesiam, labis aliquid & corruptelæ irrepatur: quod postea REFORMATIONE opus habeat.

I I.

I D omnium temporum exempla docent, si vel finem quarti, vel initium sexti capituli Geneseos inspiciamus: vel historiam Iacobi patriarchæ, vel Mosis, *Gen. 35.* Iosuæ, Samuelis, Dauidis, Iosicæ, Macchabæorum, & *1. Sam. 7.* similius perlustremus: quibus omnibus iam domus & familiae lustrandæ, & ab idolis, & aliis abominationibus repurgandæ: iam templum, & totus cultus reformatus fuit.

I I I.

M A G N V M in primis, & illustrem Reformatorem  
A ij.

*Matt. 5.* excitauit Deus filium suum, qui & doctrinam à cor-  
*Ioan. 2.* ruptelis Pharisæicis, & Templum à profanitate non  
*Luc. 19.* semel vindicauit.

## I V.

*Lib. 3. histori. cap. 29.* S E D nec post Apostolorum tempora, Ecclesia, te-  
ste Eusebio, diu virgo mansit: siquidem postquam sa-  
cer ille chorus præteriit, impius error, quasi conspira-  
tione facta contraveritatis prædicationem, sub specie  
tamen scientiæ, se effundere cœpit.

## V.

Hic verò duo potissimum quæri solent: *In quo vera*  
*& necessaria reformatio Ecclesiarum consistat: Deinde, per*  
*quos illa suscipi debeat.*

## V I.

D E P R I M O breuiter respondemus (neq; enim  
hoc tempore prolixè, sed ~~feliciter~~ tantum istud argu-  
mentum tractare volumus) integrum Ecclesiæ refor-  
mationem in his quatuor potissimum esse sitam: 1.  
in repurgatione doctrinæ, quando in eam labis ali-  
quid irrepuit. 2. rituum. 3. politiæ, siue gubernatio-  
nis Ecclesiæ. 4. morum, tum corum, qui in mune-  
ribus Ecclesiasticis versantur, tum populi Christiani.

## V II.

E T O P T A N D V M sanè erat, eos, qui reformatio-  
nies, vel instituerunt patrum nostrorum memoria, vel  
adhuc instituunt: illorum quatuor capitum simul ha-  
buisse rationem: non autē ex parte reformasse: quod  
si ab illis factum fuisset, minus controuersiarum in  
Ecclesia, & minus ~~difficilias~~: successus autē maior, ma-  
iorq; Dei benedictio cerneretur.

## V III.

S E M P E R enim præ oculis nobis esse debet ad-  
monitio illa Christi, Matth. 23. *Væ vobis, qui circumitis*  
*mare, & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cùm fuerit*  
*factus,*

5

factus, facitis eum filium gehennæ, duplò magis quām vos:  
Item: Vae vobis, qui decimatis mentham, & anetum, & cu-  
minum, & omittitis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, mi-  
sericordiam, & fidem. HÆC OPORTUIT FACERE,  
& illa non omittere.

### I X.

NECESSARIAM esse Ecclesiæ reformationem,  
quoties eius status dilapsus deprehenditur, nemo  
pius & religiosus dubitare potest: Nam & in hunc fi-  
nem pleriq; Prophetarum extra ordinem à Deo exci-  
tati fuere.

### X.

SED in primis opera danda est, ut sinceritas doctri-  
næ, & recta inuocatio Domini in Ecclesia vigeat, re-  
scissis & remotis iis, quæ cum illa VERITATE, quæ  
est in CHRISTO IESU, pugnant.

### X I.

PRÆCIPVM enim, summumq; bonum omni-  
bus hominibus censi debet (vt præclarè habetur in  
Nouella constitut. 132. Iustiniani) recta, vera, & irre-  
prehensibilis Christianæ fidei confessio: & per conse-  
quens, heresibus & falsis doctrinis, ne pullulent, maxi-  
mè occurrentum, ut ibidem concluditur.

### X II.

Ideo & Christus à falsis Prophetis non secus ac à per-  
nicioſiſſimiſ lupi caueri vult, & à primis concionum  
ſuarū exordiis prius nihil habuit, quām vt totam ἡμί-  
τύπωσιν ſanx doctrinæ ad hæc duo capita reuocaret,  
ad Fidem videlicet & pænitentiam, ac ſimil Dei legem  
à falſa Pharisæorum interpretatione vindicaret.

### X III.

NAM & Dei verbum inter alios uſus etiam ~~ωρές~~  
~~τὴν ἐπανόρθωσιν~~, id est, ad correctionem, & reforma- 2.Tim.3  
tionem facit, quemadmodum D. Paulus ex eodem

A iij.



Dei verbo varios & perniciosos errores, aliosq; defec-  
tus in Ecclesiam Corinthiacam inductos correxit.

## XIV.

*Due ob-  
iectiones* Nec h̄ic vel Prophetis, vel Christo, vel Apostolis  
duæ illæ obiectiones, quas hodie Pontificij & eorum  
asseclæ tantoperè vrgent, obstiterunt, quarum prior  
est, *Ecclesiam non posse errare*. Altera: *Nouitates esse ca-  
uendas*, & longa consuetudine recepta non temerè  
mutanda, ne conscientiæ turbentur.

## XV.

*Iere. 18.* Si q̄ videm ad priorem respondetur, varia esse  
Ecclesiæ tempora, & illam aliquando à falsis Proph-  
etis, & malis Episcopis, qui soli eminere volunt, mag-  
noſque titulos gerunt, & tamen Ecclesiam non faci-  
unt, opprimi, vt tempore Ieremiæ, cui abusus sacer-  
dotum redarguenti dicebatur, *An peritura est lex à Sa-  
cerdote, & consilium à sapiente, &c.*

## XVI.

*Iere. 23.* DE HVIVSMODI corruptis temporibus respon-  
det scripture tales Prophetas, *visiones suas eloqui, non  
autem ex ore IEHOVÆ*: Item, illos non amplius esse  
*Malac. 2.* veros Leuitas & Sacerdotes, sed Apostaras, qui à Le-  
*Esa. 1.* ge veritatis defecerint: Item Ierosolymam esse po-  
*Mat. 4.* pulum Sodomæ, & Gomorrhæ, Scribas & Phariseos,  
progeniem viperarum.

## XVII.

*2. Theß.  
2. & A-  
poca. 13.* Etsi ergo non errat, nimirum in articulis fidei,  
Ecclesia propriè sic dicta, id est, cætus ille qui adhæ-  
ret Christo, & ab eius spiritu, & verbo regitur, errant  
tamensq; multoſq; in errorem inducunt, eius mi-  
nistri & Doctores: quod in primis sub regno Anti-  
christi futurum scripture prædictit.

## XVIII.

INTERIM nec totam Ecclesiam errare sinit Do-  
minus

nus, nec finaliter errant electi, quia eos statim rursus *Mat. 24*  
in viam reducit Dominus.

### XIX.

Qui autem ab impiis & idololatricis cœtibus sese  
se iungunt, non ab Ecclesia, sed à Synagoga Satanæ, & *Apoc. 2*  
ex Babylone secedunt, & qui illa corrigunt & cimen-  
dant, quæ à falsis Doctoribus contra Dei verbum in  
Ecclesiam intruduntur, haud quaquam perturbato-  
res, vel nouatores existimari debent. *Apoc. 18*

### XX.

NAM cum tale quid Eliæ olim ab impio Rege A-  
chab obiiceretur: NON ego (inquit Propheta) Israe-  
lem turbavi, sed tu, & domus patris tui, qui dereli-  
quistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. *I. Reg. 18*

### XXI.

AD nuncium de nato Christo in Bethlehem, tur-  
babantur Herodes, & tota ciuitas Hierosolyma, sed *Matt. 2*  
turbabantur à prauis suis affectibus, sine ylla vel  
Christi, vel Euangelij culpa.

### XXII.

ET hoc sensu dicebat Christus: Ne arbitremini, *Matt. 10*  
quod venerim ad mitteram pacem in terram: non  
veni ut mitterem pacem, sed gladium: per GLA-  
DIVM intelligens cruenta dissidia, quæ excitantur,  
dum mundus resistit veritati, & diabolus cum impiis  
odium suum exercet, contra eos qui veritatem pro-  
fitentur.

### XXIII.

FREMAT autem licet mundus, haud quaquam  
est conniuendum ad mendacia & Idololatrias, nec  
dissimulanda veritas, contra quam nihil possumus,  
(inquit Apostolus) &, ut masculè olim respondit *2. Corin.*  
*Lutherus; Si Cæsar imperium pretendit se uide habere* <sup>13.</sup>

imperturbatum, sciat ille Christum quoque regnum suum  
imperturbatum habere velle.

## XXIV.

Nec nouatores sunt, (quod ipsum Christo, Marci i. & D. Paulo Act. 17. obiiciebatur) qui doctrinam prophetarum, & Dei verbum nobis proponunt.

## XXV.

*Offic. i.* Nos noua omnia (inquit Ambrosius) quæ Christus non  
Cotra e- docuit, iure damnamus, & ut Cyprianus monet, Consuetu-  
pist. Ste- dos sine veritate, nihil aliud est quam erroris vetustas.  
*phan. ad*

## XXVI.

*Pomp.* PRÆTER reformationem autem & repurgatio-  
nem doctrinæ, quæ à Christo & Apostolis facta est, et-  
iam sæpè postea à laudatis & Christianis Imperatori-  
*Euse. li.* bus idem suscepimus, & Ecclesiæ encœnia celebrata  
*10. hist.* fuerunt, ut temporibus Constantini Magni: cum ex-  
*Eccl. c. 3* plosis idolomaniis Ethnicis, Christiana doctrina pro-  
mulgata fuit: Item cum totus pene Oriens inualef-  
cente Arianismo nutaret, ecclesiæ ab illis blasphemis  
*Theodo-* post Valentis obitum, sub Gratiano, & Theodosio re-  
*rit. lib. 5.* purgatæ, & postea contra Eutychianorum & Mono-  
*Enagr.* theitarum errores, & factiones, ab aliis quoque im-  
*lib. 2.* peratoribus Synodi conuocatæ fuerunt, sicut ex Hi-  
storia Ecclesiastica liquet.

## XXVII.

Hic vero obstrepunt Pontificij dicentes: nullam  
tamen illis temporibus, aut postea Ecclesiæ Roma-  
næ reformationem tentatam, nec eam in aliqua Sy-  
nodo alicuius hæreseos aut falsæ doctrinæ ream per-  
actam fuisse.

## XXVIII.

AD QVAM obiectionem duo respondentur, Pri-  
mum: quorquot contra Pelagianos, & contra imagi-  
nies habitæ tuerunt Synodi, contra papatum, qualis  
nunc

nunc est, habitatis fuisse: & tempore quidem puriorum patrum, nec tales tyrannidem, nec tales superstitiones in Ecclesia Romana apparuisse, quæ tunc demum, cum iusto Dei iudicio & iuxta Apostolicas prædictiones Antichristus manifestè Dei templum inuasit, totumque Dei cultum post Gregorij I. Pontificis, ac in primis post Caroli magni tempora peruertit, inualuerunt.

## XXX.

DE INDE respondetur: falsum esse, nullam ante Lutherum de Papali Idololatria & profanatione Ecclesiæ auditam querelam: Nam, D e u s bone, quam multos subinde excitauit Dominus, vitiosq; magni nominis, vt Wiclefum, Husum, Hieronymū de Praha, & innumeros alios, qui Pape reclamarunt, de quibus vide in Catalogo restium veritatis.

## XXX.

VERVM quod vel plures non existiterunt, vel in solenni Synodo superioribus temporibus, Pontificum blasphemiaz & Idolomaniaz damnatae non fuerunt, obstat intolleranda tyrannis, & crudelitas aduersus eos, qui contra Papam vel hiscere audiebant: Item, quod Pontifex Romanus crepta Ecclesiæ omni libertate, in Synodis pro arbitrio omnia præscribere, & dominari voluit.

## XXXI.

ET quia nimis longum esset omnes querelas contra abusus Ecclesiæ Romanæ & tenebras à Scholasticis plerisq; in simplicem & planam Euangelij doctrinam illatas percensere, sufficiet in præsentia querela illa Bernardi, sub annum Christi 1140. sermon. 33. super Cantica. Vx, inquit, generationi huic, à fermento Pharisæorum, quod est, hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abundantia

Bernard  
di quere  
la cōtra  
sedē Ro  
manam.

B. j.

non valet, & præ impudentia non quærit: serpit ho-  
die putida rabes per omne corpus Ecclesiæ, & quò la-  
tiùs, eo desperatius, eoq; periculosiùs, quo interius:  
Omnès videntur amici, & inimici sunt: ministri Chri-  
sti sunt, & seruiunt A N T I C H R I S T O: ipse est Anti-  
christus, qui se non solùm Diem, sed & Meridiem  
mentietur, & extolleter supra id quod dicitur, aut  
2. The. 2 quod colitur D E V S, quem Dominus I E S U S interficiet  
spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus  
sui, vt pote verus & æternus meridies, sponsus & ad-  
uocatus Ecclesiæ, qui est super omnia benedictus in  
sæcula.

## XXXI

C V M itaque ad cumulum suum peruenisset Pon-  
tifica tyfannis, & abominatio: reduxit D E V S sæcu-  
lum felicius, & magnos Heroas, principes viros, &  
Doctores excitauit, qui tetrores abusus circa doctri-  
nam reformarent, & de veris cultibus & recto usu Sa-  
cramentorum, non ex aliqua petulantia, aut pro suo  
arbitrio, sed ex Dei verbopopulum Christianum in-  
stituerent, quorum conatibus ita benedixit D E V S,  
vt paruo tempore multi populi, Ducatus, Comita-  
tus, imò & regna aliquot fasces Christo submitteret,  
& hanc ipsam reformationem Cardinales aliquot,  
Episcopi, Abbates & Monachi complures approba-  
rent, ac per necessariam iudicarent.

## XXXII.

T A L I S reformatio si extra ordinem, & non ex-  
pectata Synodi œcumenicæ sententia facta est: id  
Pontificum peruvicaciæ, qui ne minimam quidem re-  
formationem vnquam admittere, nec ad iteratas pe-  
titiones Cesarum, Regum, & Principum liberam Sy-  
nodum

nodum, in qua controvērsię ex Dei verbo deciderentur, cogi voluerunt, adscribi debet.

### X X X I V.

**C O A C T I** ergo fuerunt per conscientias ij, qui **D E O** de suis populis & de gregibus sibi cōmissis rationem reddere tenentur, id quod veritas & summa necessitas postulabat, pro virili aggredi, & contemptis brutis Pontificum fulminibus, operam dare, ut **Deo** potius, quam hominibus placerent.

### X X X V.

**D E** necessitate & modo illius reformationis, præter ea quæ passim in scriptis **D. Lutheri**, & apud **Sleidanum** reperiuntur: præclarus & peculiaris tractatus inter Caluini opuscula exstat, **D e necessitate reformatiōnē Ecclesiæ**, ad Cælarem Carolum V. & Principes Spīrē congregatos, Item Martini Buceri in reformatiōne Coloniensi, & in duobus libris, quos in Anglia de regno Christi scripsit.

### X X X VI.

**E T** hæc quidem de prima & primaria parte reformationis, nimirum circa doctrinam, qua de re pij quoque tractatus, sub annum Christi 40. in Misnia editi sunt, à Ioanne Riuio Attendoriense, veluti de abusib⁹ Ecclesiasticis, & de instauranda doctrina Ecclesiastica.

### X X X VII.

**C A E T E R V M** cum de altero reformationis capite, de **R I T I B V S** nimirum agitur: h̄ic distingui solet inter ritus à Christo mandatos ad Fidei confirmationem, totiusq; Ecclesiæ vsum, & inter eos, qui ad Ecclesiæ ordinem & disciplinam faciunt. Ac pro loco-

B ij.

*Alterū  
reforma  
tionis ca  
put.  
Rituū  
distin  
ctio.*

rum & temporum circumstantiis aliquando varian-  
tur.

### X X X V I I .

*Sacra-  
menta.* PRIORIS generis sunt, sacra signa vel sacramen-  
ta, in quibus hæc tria necessariò retinenda esse Eccle-  
sia semper iudicauit. 1. vt verba institutionis in  
administratione Sacramenti, non mutentur aut o-  
mittantur. 2. vt & elementum & ritus à Christo  
institutus seruetur, non loco aquæ oleum, aut mel:  
nec in cæna loco panis aliud elementum adhibeatur,  
nec eleuetur panis, sed frangatur. 3. Ut scopus &  
finis Sacramenti attendatur, quæ duo posteriora,  
præsertim circa Eucharistiam parum in papatu ob-  
seruata fuere, ac ideo reformatione omnino indi-  
guerunt.

### X X X I X .

*Regule de ritib. facientibus, hæ regulæ semper tenendæ sunt.*

*ordinis causain-* 1. Ordine quidem & decenter omnia in Ecclesia  
*fieri debere.*

*1. Cor. 14* 2. Ad ædificationem, non ad destructionem illa  
comparatos esse oportere: id est tal'es non qui popu-  
lum in errore detineant, sed gloriæ Dei, & institutio-  
ni proximi seruant.

*2. Cor. 10* 3. Libertatis Christianæ, & leuis iugi Christi ha-  
bendam rationem ne per νανοζηλίαν multitudine ce-  
remoniarum, more Iudaico oneremur: quod iam  
*Epist. 23* suo tempore factum queritur Augustinus.

4. Ne vel minimum adsit superstitionis contagi-  
um: & periculum: siue per se siue per accidens, aut  
pro vtilibus ceremoniis habeantur, quæ in Dei ver-  
bo prohibitæ sunt, & domesticos fidei, aut alios pere-  
grinos ad Idololatriam allucere possunt.

5. Ut

5. Ut Ecclesiæ ad indifferentes ritus, quales sunt de certis diebus iejuniorum, & participandæ Eucharistia: de cantu Psalmorum in Ecclesia, de situ aut forma mensæ Eucharisticæ, de vsu campanarum, & similibus non ita præcisè omnes alligentur.

### X L.

Quod verò ad imagines attinet, quas cultus & religionis causa à Pontificiis extructas fuisse constat: vt & Altaria ad sacrificandum, suppositis nescio quibus imaginariis martyrum exauiiis: illa omnia tanquam abominandæ superstitionis monumēta, & illecebras, omnes orthodoxi, si veram & integrā reformatiōnem instituere velimus, remouenda putant.

*Deima-  
ginibus  
& altari-  
bus.*

### X L I.

IDE M de vestitu Sacerdotum auro, argento & gemmis fulgente sentiendum est, quo sacra facientes apud Pontificios vti solent, ac si vel Leuiticum sacerdotium adhuc duraret, vel simplicitatis verbi crucis eos puderet.

### X L II.

IMAGINES certè siue idola, si religionis caussa, vel quod eodem redit, vt ad religionem & institutio- nem populi facientia in templis habeantur: Dei legē prohibita esse, dubitari non potest: quomodo cunq; decem præcepta partiaris: nam quid tam expressè, quid tam sæpè à Mose, & reliquis Prophetis prohibe- tur? Sed illud in primis, ne Dei incorporei, infiniti æterni, inconspicui imaginem fingamus.

### X L III.

IDEO ne Leuitico quidem sacerdotio stante, vlla, vel Dei, vel Sancti alicuius imago in templo vnquam, aut tabernaculo conspecta fuit, ne quidem post tot

B. iii.

visiones Danielis Prophetæ de quibus cap. 7. nam, si quæ vel in tabernaculo, vel in sanctuario imagunculae cernebantur: & eo loco erant sculptæ & talium rerum imagines, & tam parum oculis populi expositæ, ut hinc nihil ab Idololatria periculi fuerit.

## XLIV.

Et inepta est illa argumentatio: ex Dei mandato, quorūdam animalium imagines, non certè ad parietes templi, sed loco plane humili, & à conspectu remoto, ornatus caussa in sanctuario Leuitico locatæ erant: Ergo nobis abrogato Leuitico sacerdotio, Dei & sanctorum imagines, quas Pontifices Romani in templis cultus causa positas esse voluere, sunt retinendæ.

## XLV.

*Quid* quod Damascenus magnus alias imaginum patronus scribit: INVISIBILIS, incorporei & incircumscripsi Dei neminem posse facere representationem: & summæ tum insipientiæ, tum impietatis esse id tentare.

17.

## XLVI.

*Iacobite heretici.* IACOBITÆ autem hæretici, de quibus Nicophorus lib. 18. cap. 52, Eutychianorum soboles, (quæ nostro tempore reuixisse videtur) tempore Phocæ Imperatoris, sub annum 600. inter alia voluerunt imagines Dei, & Spiritus sancti cudi.

## XLVII.

SED quid, quæso, aliud est imagines Dei, & diuorum in templis, quæ religionis ergò adeuntur, retinere velle, quam infirmis, aut male institutis, quorum semper magna est copia, lapsus occasionem: piis & recte sentientibus, scandalum præbere.

## XLVIII.

## X L V I I I.

POSTE A Q V A M imagines, & omnis generis simula-  
lacra mundo illata à diabolo fuere, ( inquit Tertullia  
nus ) hinc humanæ calamitatis initium: & propter *Libr. de  
Idololat.*  
hanc causam, ad eradicandam Idololatriæ materiem,  
Lex Diuina Exod. 20. proclamat: N E F E C E R I T I S  
I D O L V M: & addit, Neque similitudinem, eorum,  
quæ in cœlo, in terra, in mari: At omnia ( inquit i-  
dem ) colit humanus error, præter suum condito-  
rem.

## X L I X.

T V R P E est, alienum est, & indignum, eos qui Eu-  
angelicos se profitentur, in tanta luce, in tanta liber-  
tate, illos laqueos, illa offendicula & libenter retine-  
re, & acrius, quām pro vlo fidei articulo, pro idolis  
dimicare, non equidem libertatis Christianæ causa  
quæ in illis rebus non cōsistit: ( quemadmodum cum  
cum Schvvenckfeldianis Pseudo Lutherani putant,)  
sed ut reformati Ecclesiis, quas grauiore odio quām  
Pontificiam Synagogam prosequuntur ægrè faciant,  
& seditiones contra eos truculentis suis scriptis mo-  
ueant.

## L.

D. certè Lutherus, cuius isti noui L A C O B I T Æ au-  
toritatem se magni facere præ se ferunt, nōne in illo *D. Lu-  
therus.*  
tractatu Germanico, quem Reuelationem Antichti *Tom. 7.*  
sti ex Daniele nominat, disertè scribit, Antichristum *Vviteb.*  
inter alias notas ex eo dignosci, & tantam hinc sibi  
conciliasse maiestatem, quod tam splendidas vestes  
Pontificales, tantum strepitum organorum, & musi-  
carum cantionum, tot imagines preciosis vestibus  
aut picturis fulgentes in templo inuenit.

## L I.

NIHIL autem pro his Lutheri simiis facit, quod CAROLOSTADII factum, nempe ab eo suscep-  
tum Vvitebergæ rituum innouationem Lutherus improbavit.

## L II.

NAM id à Luthero secundum quid, non simpli-  
citer improbatum, arguunt eius de NOVATIONE  
Vviteb. Vvitebergensi scripta edita: quod id, se absente: sta-  
tim ab initio, tempore periculosisimo, nempe anno  
1521. ac forte motu quodam temerario, & Anaba-  
ptistico ( Carolstadio enim nimis olim commercij  
cùm Anabaptistis fuisse facile credimus) id factum, &  
tentatum videret.

## L III.

DISERTE siquidem scribit Lutherus, potuisse  
illa successiùe concidere, populo ex Dei verbo re-  
ctius informato: verùm ( Deus bone ) alia nunc sunt  
tempora, alia lux, alia libertas: & quando erit, quæ-  
so, populus institutus, si post annos 70. à reformatio-  
ne incoata, institutus non est.

## L V.

SED nec dubitari potest ( si quod res est dicere vo-  
lumus ) in illis contra Carolstadium actionibus hu-  
mani aliquid passum Lutherum, siue colloquium il-  
lad parum Theologicum Ienæ cum Carolstadio ha-  
bitum, deposito floreno aureo: siue iracundas de-  
clamationes contra cœlestes Prophetas: siue quod  
*In parva confess.* in despectum Carolstadij ( vt ipse Lutherus scribit )  
Eleuationem Sacramenti, quam alias abrogare co-  
gitasset retineri Vvitebergæ voluerit.

## L X I.

ERGO CAROLSTADIO multum debent noui  
isti

isti ceremoniarum Pontificiarum patroni, qui si Lutherum non irritasset, Lutherus proculdubio spōnte totam illam theatraicam pompam, quam tanti faciunt, subuertisset.

## L VII.

A r videant illi homines (quod tamen Deus auer-  
tat) ne eis idem accidat, quod suo iam tempore non-  
nullis euénisse scribit Bucerus: qui cum plenam re-  
formationem admittere detrectassent, iusto Dei iu-  
dicio rursus in Romani Antichristi laqueos & vete-  
res tenebras prolapsi sunt.

*lib. 1. de  
regno  
Christi,  
cap. 4.*

## L VIII.

VENIO ad TERTIVM reformationis Ecclesi-  
sticæ caput: nempe ad politiam, & gubernationem  
Ecclesiæ.

*De poli-  
tia Eccle-  
siæ*

## L IX.

Hic enim uero, ut non pauca in Papatu reforma-  
tione opus habent: & recte ab Euangelicis primatus  
Papæ impugnatus fuit: damnata simonia: reprehensus  
contemptus canonum Apostolicorum, & Eccle-  
siasticorum in electione & ordinatione sacerdotum:  
abusus item bonorum Ecclesiæ ad luxum Sardana-  
palicum Cardinalium, Episcoporum, & alia huius-  
modi: Sic non pauca in politia & regimine Ecclesiæ  
inter Euangelicos emendatione adhuc opus habent,  
quam & Lutherus, & Bucerus, & Caluinus, aliiq; hoc  
seculo viri cordati suaserunt, & omnes pij quotidie  
exoptant.

## L X.

NAM prætextu illius abusus potestatis Ecclesiasti-  
cæ, & illius luxus & petulantiae quæ fuit in Papatu, &  
quam nonnulli Pseudo Lutherani imitantur, in aliud  
extremum multi Euangelici proceres, & magistratus  
ruere videntur.

C j.

## L X I.

NIMIS quippe in plerisq; reformatis Ecclesiis, vi-  
lescit sacri ministerij dignitas: nimis auarè bona Ec-  
clesiastica ad se rapiunt & pro arbitrio vendunt &  
mercantur nonnulli Principes, & magistratus conci-  
dit magna ex parte disciplinæ Ecclesiasticæ vigor: no-  
minatim quoad legitimum ieuniorum usum: admoni-  
tiones & censuras priuatas, & publicas: Excommu-  
nicationem: domesticas cathecheses, & visitationes,  
Synodos, & similia, de quibus & Lutherus in Joëlem,  
& Bucerus de regno Christi grauiter multa monue-  
runt.

## L X I I.

ET SI igitur Deo optimo maximo satis magnæ  
gratiæ agi non possunt pro reformatione doctrinæ,  
præcipue de iustificatione, de recta inuocatione, &  
vera pœnitentia, de Sacramentis: dolendum est ta-  
men hanc tertiam reformationis partem, quæ consi-  
stit in regimine & politia Ecclesiæ ita negligi, ut in  
multis Germaniæ locis iaceat ferè tota disciplina Ec-  
clesiastica: & pro vno Pontifice Romano, tot penè  
Pontifices, domini fidei alienæ, aliarumq; Ecclesia-  
rum censores, esse velint, quot sunt vel adulatores  
aulici, vel gratosi in aulis, aut ciuitatibus doctoculi,  
& Satrapæ qui totam gubernationē & decisionem re-  
rum Ecclesiasticarū, à suo supercilio pendere volūt;

## L X I I I.

SIC vel iacent & omittuntur Synodi, legitimaq;  
presbyteria: vel per exigua est eorum autoritas: & ta-  
les quæruntur ministri qui placentia loquantur, & il-  
lorum dominatorum, de quibus dictum est, sint velu-  
ti mancipia.

## L X I V.

ET HIC tamen fatendum est nonnullas Ecclesiæ,  
eas

tas præsertim quæ sunt sub Cruce, ut in Hungaria, Bohemia, Gallia, Belgio longe proprius ad illam Cœtu-  
gios, simplicitatem, libertatem, & disciplinam acce-  
dere, quæ temporibus Apostolicis, & paulò post vi-  
guit, si in primis ordinem in eligendis ministris, Syno-  
dorum, & ieiuniorum celebrationem, censuras Ec-  
clesiasticas, & excommunicationem, domesticas visi-  
tationes, & catecheses spectes.

## L X V.

DIXIMVS autem supra thesi VI. QVARTVM De mo-  
reformationis caput, in MORIBVS CHRISTIA-  
NIS positum esse.

ribus  
Christia-  
nis.

## L X V I.

NEQUE enim satis est, nos contrà Pontificios tra-  
dere & affterere salutare illud dogma, de SOLA FI-  
DE, aut (quod eodem redit) GRATIA Christi iustifi-  
cante, nec satis eiici idola ex templis nisi ex animis te-  
tra illa idola avaritiæ & ambitionis expellantur: & ni-  
si contra libertinos & profanos, dogma sanctificatio-  
nis, & energiæ fructuumq; Fidei tueamur, ac sollicitè  
populo Christiano inculcemus quemadmodum à  
D. Paulo factum est in omnibus epistolis: nec minus  
diligenter à D. Petro, Iacobo, & Joanne.

## L X V I I.

ID dum paulo negligentius, quam decebat à mul-  
tis vrgetur, qui in aliis disputationibus toti ferè occu-  
pati hactenus fuere: nescio quomodo passim tam dis-  
soluta vita, tantaq; licentia obrepit, vt plerorumq;  
Euangelicorum, in his partibus, mores à Pontificio-  
rum moribus discerni vix possint.

## L X V I I I.

NOBIS itaq; licet illam D. Chrysostomi querelam Exposit.  
vsurpare: Ex moribus olim cognoscebatur Ecclesia: 2. super

C ij.

*Matth.* nunc Christiani g̃etibus peiores sunt facti: vnde igitur  
*Homil.* vera Ecclesia cognoscitur nisi per Scripturas? sic ta-  
 49. men ut pauculos sibi reserueret semper dominus, qui  
 corām ipso ambulant.

## L X I X.

ATQVE h̄ic vtinam bono exemplo gregibus suis  
 passim pr̄airent pastores, & qualem deberent tem-  
 perantiam, continentiam, ac φιλαδελφίαν colerent;  
 nec altera manu panem, altera lapidem offensionis  
 proponerent.

## L X X.

VTINAM illa s̄epius, & perpenderentur, & audi-  
 toribus suggererentur: Seruum intelligentem voluntatem  
 domini, & non facientem secundum illam, plagis multis va-  
*Luc. 12.* pulaturum: Item, si quis spiritum Christi non habeat, illum  
*Rom. 8.* non esse eius: Item, eos nondum recte didicisse Christum, &  
 veritatem, quae est in Christo, qui non exuunt veterem homi-  
*Ephes. 4* nem, nec dant operam vitæ nouæ: Item, non solos idololatras,  
*1. Cor. 6.* & hereticos excludi ex regno cælorum: sed & auaros, scorta-  
*Coloß. 3.* tores, ebriosos, maledicos, inuidos.  
*Ephes. 5.*

## L X X I.

HIS ita breuiter explicatis: nempe in quibus inte-  
 grā Ecclesiarum reformatio consistat: ad ALTERVM  
 illud me conuerto: PER QVOS reformatio tentari, &  
 clesiare tūscipi debeat.

*A qui-*  
*forman-*  
*da.*

## L X X II.

SCRIBIT quidem Socrates Scholasticus libro  
 historiæ Ecclesiasticæ quinto, ex eo tempore, quo  
 Christiani esse cœperūt Imperatores, Ecclesiæ nego-  
 tia ex eorum nutu pendere visa: & maxima concilia  
 ipsorum autoritate conuocata.

## L X X III.

INTERIM certum est ea pietate, ac moderatio-  
 ne præditos fuisse religiosos Imperatores, vt in rebus  
 quidem

quidem Ecclesiasticis, tanquam utriusq; tabulæ custodes operam suam accommodauerint: sed nec ad maiestatem suam ostentandam, nec ad præiudicandum ordini Ecclesiastico: sicut historiæ Constantini magni, Theodosij, & Martiani clarissimorum Imperatorum nos docent.

### L X X I V.

I M δ & Philippus Arabs, Imperator alias ferox à Fabiano Episcopo, & Theodosius, ab Ambroſio se à sacris ad tempus arceri sunt paſſi, disciplinæq; Ecclesiasticæ ſeſe ſubiecerunt: Tantùm conſequi poſſunt prudentes, cordati, & inculpati Episcopi: quorum heu cùm tanta ſit hodie penuria, non mirum eſt ita tum ſacri ministerij dignitatem, tum disciplinæ robur collabi, aut censuram ſaltem vexare columbas.

### L X X V.

Ne ipſe quidem Iustinianus ſua potestate contra ordinem Ecclesiasticum abuſus eſſe videtur, qui in nouellis ſuis conſtitutionibus, maxima Dei dona eſſe *Conſtit.* reſcribit: Sacerdotium, & Imperium: quorum illud *6. de E-* diuinis ministrans, hoc humanis præſidens rebus, to *pisco. &* tam vitam humanam exornet: Ideò nihil tam Imperatoribus curæ eſſe debere, ac Sacerdotum honestatē: tunc verò omnia in ſacerdotio laudabiliter procedere, quando ſacrarum regularum obſeruatio cuſtoditur: quam ſancti Dei Apoſtoli tradiderūt, & paſtres cuſtodiuerunt.

### L X X VI.

IDEM Justinianus, Ecclesiasticas censuras à ciuibus ptudenter diſcernens iubet, vt Clerici apud *Conſt. 83* proprios episcopos primūm conueniantur, & poſthoc apud ciuiles iudices: Si de criminibus conueniatur clericus, iudices in prouinciis iudicent: Si Ecclesiasti-

C iij.

cum sit delictum, Ecclesiastica egens castigatione, Episcopus hoc diiudicet.

### L X X V I I.

Sunt itaq; h̄ic limites ponendi: vt nimirum pij  
*De his* Principes, & magistratus, ea quæ ad ordinis externi  
*vide Bu* conseruationem faciunt, vclut ad templorum ab ido-  
cerū in his repurgationem, excommunicationis legitimæ ex-  
dialogis ecutionem, Ecclesiæ & scholarum externam tute-  
*Germā.* lam, ea sedulo tanquam Ecclesiæ nutritij procurent:  
*ann. 35.* Ministri vero, & pastores, quorum arma spiritualia  
*editis de officio* sunt, eorum quæ reformanda sunt, ἐπανόρθωσιν iuxta  
*magistr.* Dei verbum, legitima deliberatione præeunte, sus-  
*in refor.* scipient, susceptamq; freti & Sp. S. præsidio, & verbi  
*Ecclesiis* diuini authoritate, quantum in ipsis est, tueantur.

### L X X V I I I.

Vbi talis ordo obseruatur, nec seditionis, aut im-  
*Theodo-* prudentiæ accusari possunt ministri: nec ea mala me-  
*ret. hist.* tuenda, quæ incensum Persarū πυρειον, siue templum  
*lib. 5. ca.* ignis consecuta sunt.

39.

### L X X I X.

Et h̄ic tamen proculdubio discrimen ponendum  
est inter eos, qui ex mera temeritate, petulantia, aut  
auaritia, in templo, & idola irruunt: & eos qui nimis  
cessantibus magistratibus, sancto quodam, & extra-  
ordinario motu ad abominanda idola destruenda ra-  
piuntur, qualis fortè ratio fuit in illo Abda, vel Auda  
apud Persas, quem alias magni nominis virum fuisse  
constat, & in Vigilio Tridentino Episcopo, qui cùm  
in sua diocesi pio zelo accensus idola deleret, à rusti-  
sticis circa annum Christi 420. imperfectus fuit.

### L X X X.

DENIQUE in Ecclesiæ politia, & regimine, vt o-  
mnibus modis primæ partes sunt Episcoporum, siue  
ministrorum Ecclesiæ: sic multum refert, vt non nisi  
viri

viri prudentes, moderati, rerum periti, sinceri ad Ecclesiarum inspectiones, & visitationes adhibeantur: & cum in Germania multis locis nimis iuueni hinc non nulli lasciuant, & vel ambitioni, vel ignauiae nimis feruant: non abs re est talium audaciam à politicis viris eis adiunctis, (modo viri sint, & religiosi, & cordati) frænari, & regimen Ecclesiasticum temperari, quod & Hemmingius clarus Theologus agnoscit: licet scribat in Dania totam disciplinæ Ecclesiasticae administrationem penes Ecclesiasticos esse.

In Psal.

15.

## LXXXI.

**C**ONSTAT certe, quod ad Ecclesiæ ærarium attinet, propter Sacerdotum incuriam tempore regis Ioa secretarium aliquem, vel Scribam à tege, Sacerdotibus adiunctum fuisse, qui templi ærario præcesset: <sup>2. Reg.</sup> ut & olim Apostoli, sed propter aliam causam: videlicet, ne à præcipuis vocationis suæ partibus auocarentur, Diaconos siue ministros eleemosynarum sibi <sup>Acto. 6.</sup> vtrò ascierunt.

## LXXXII.

**O**P T A N T autem omnes pii plus libertatis Ecclesiis restitui, præsertim in Electione, & præsentatione ministrorum, plusq; libertatis pastoribus in domesticis visitationibus, & talem statum constitui, qui nec in monarchicam tyrannidem degeneret, & tamen popularibus motibus, & ochlocratiae occurratur: quam viam, ut nobis Deus patefaciat: & in Ecclesiis quæ se reformatas vocant integra & sincera, de qua suprà dictum: non autem fucata, & manca reformatio procedere possit, ipsum cum omnibus pijs, demissè oro per DOMINVM IESVM.

FINIS.



Umg. VI 45

ULB Halle  
002 379 767



3

s. b.

WNA

Oral of Freudenthaler  
ibz' osil' wiz'ne

Eri s' a' d'z' i' us

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

tr' e' h' r' t' h' l' d' n' g'  
te' detu' h' r' g' p' a' e'  
quod' f' a' t' C' o' n' a' d' h' u' c' s'  
d' i' l' i' t' h' i' f' i' s' o' s' i' d' o' r' h' e' n' u'  
l' u' g' u' m' u' n' a' d' p' r' i' n' d' e' c' e' n' g'

# Farbkarte #13

B.I.G.

